Pietrzykowo Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransceen. personaliter comparens Nblis Zophia filia olim Mathei Pietrzykowski consors Nblis Thomae Jakubowski cum eiusdem Mariti sui uti tutoris coniugalis personali astantia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nblis Albertus Pietrzykowski pro Omni et integra dote ac parapharnalibus se recognoscens de bonis Pietrzykowo Paternis et Maternis concernens satisfecit, ideo recepta sua satisfactione quietat et liberum facit bonisque Omnibus Paternis et Maternis abrenunciat perpetuo.

Perki Buienki Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransceen. personaliter comparens Nblis Clemens olim Joannis Perkowski de Perki Nowa haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nblo Stanislao olim Philippi Perkowski et suis successoribus Zbonorum in haereditate Perki Buienki totam partem suam se concernentem sitam in Campo a Kreszewo versus Franki totam partem suam cum agris pratis sylvis rubetis et Omnibus ac singulis utilitatibus Nullis exceptis in Decem florenis Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam exnunc Introitum realem cum pacifica possessione per Mtem et Nbles duos officiae acceptandam dat et admittit submittendo se et Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione possessionem ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et vicinarum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere libereque per se et per submissas personas non inquietare sub vadio simili aliorum Decem florenis Polon. At Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibusque in Universum iuris remediis et defensis se ex tunc successores suos abscribendo et abrenunciando.

Suchodolski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransceen. personaliter comparens Nblis Marina filia olim Valentini Myslkowski consors Nblis Joannis Radzinowski cum eiusdem Mariti sui personali astantia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nblis Erasmus olim Gaspari Suchodolski Sexaginta florenos Polon. debiti Coram Actis Castren. Mielnicen. inscripti anticipando tempus solutionis pro festo Sancti Martini Confessoris proxime futuro incidentis persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cum toto effectu cassat perpetuo Calvarino suo adid accedente.

Pietki Basie Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boransceen. personaliter comparens Nblis Catherina filia olim Nbli Pietka relicta consors olim Nblis

Simonis Zebrowski sana mente et corpore exons palam publice et libere
recognovit Quia Nobli Joanni olim Nitti Bizła et ejs posteris Bonorum
immobilium in hereditate Biezki Base sitts seu totam et integram sortem
suam ibidem consisten super se post Parentes suos iure Naturali succesionis
et alio quovis modo ac iuris titulo concernen in hortis agris pratis
campis sylvis et cum omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus
attinen et pertinen Nullis exceptis pure mera syncera et irrevocabili do-
natione dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit Cui rei ego-
met intervenien realem cum paced possessione per [illegible] et [illegible] duos officio acce-
ptandam dat et admittit submittendo se de omnibus bonis cum successoribus
suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab
omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum
per omnes processus Iuris totiens quoties opus et Necessarium fuerit tueri
defendere evincere Statq per se et per submissas personas non inquietare
sub Damnis omnibus simpli taxatis et edicendis Et coram officio
Castren Iudicio in primo Citationis Termino peremptoria responsionem
omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusq impedi-
mentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores absolvendo
et abrenunciando sub amissione successionis totius et integrae causae.